



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Ars Divina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

sicut stellæ, Luna, & Sol: in hac vita non debemus contenti esse lumine Fidei; sed ulterius progredi ad lucem Intelligentiæ, quod est donum Sapientiæ, donum quod est os Sancti, quo altissime degustamus, ac percipimus mysteria nostræ Sanctæ Fidei.

Hæc Sapiëntia est unio amorosa cum Deo. *Opus in Deum transformatio: non quidem secundum substantiam, sed secundum accidentia: ut ferrum candens, et illuminatus, ut materia formâ informata, ait Gerson.*

Concede mihi, Domine, hæc divinam Sapiëntiam, fac, Domine, ut oculus mei intellectus, sit amorosus: intellectus cum affectu, Fides cum Caritate, Sapiëntia cum divino Amore. *Cognoscam te, Domine, et tu me; cognoscam, ut sapiam: sapiam, ut amem. Et quiescat anima mea, ut materia in forma, lapideus in opere, & qualibet res in fine.*

CONSIDERATIO XXXIV.

AMOR DEI,

Ars Divina.

Ars est artium, ars amoris, ait Bernardus. *Superat & excedit omnem artem: quia est supra humana, sed divina; quam non indultia humana venit, sed Bonitas & caritas Dei. O Domine, qui ab æterno te occupasti semper in hac arte, in quantum modum, quo me continuo in illa exerceam.*

Quanti æstimatur in mundo ars parandi divitiarum, quam multi eam sectantur? quanto studio incumbunt homines mundani? Et tamen hæud æstimantur. *Vera divitiarum sunt in amore divino: omne mundanum totius mundi comparatum ad eas, sicut abissi ad mare, arena exigua.*

Qui vult evadere insignis in aliqua arte, debet se exercere in ea, semper instrumenta habere in manu. Ita me gerere debco in arte divini amoris: ut occupatus

bet in amando. Aliarum occupationum quælibet
tempus habet: nulla est continua; sed aliam alia
occupat. Amor nescit interruptionem. Ergo semper
in cessatione, in omni loco ac tempore: & quando
non amaveris, cessa amare, sed cessatio sit amoris causâ,
nulla propter amorem.

CONSIDERATIO

XXXV.

AMOR DEI,

Refugium animæ.

Remedium efficacissimum in omnibus ærumnis, &
necessitatibus est, recurrere ad sanctum Amorem.
Ibi, velut in loco suavissimo, abscondit animam in
habitu sacratissimo Divinitatis. *Abscondes eos in
secretis faciei suæ. Non dixit. Abscondes eos in para-
diso. In ligno Abrahæ: omne vilescit, quod Deus non est,*
ut Augustinus.

O dignissima habitatio animæ. Divinitas, & facies
Dei: Ibi anima vivit secura *conturbatione hominum*: ab
omnibus malis, quæ solent esse molestiæ, & turbationes
animæ. Sanctus Amor clavem habet hujus altis-
sime curi Divinitatis: & apertâ januâ, animam intro-
ducit in eam, quæ ibi non securè tantum & sine pertur-
batione quiescit, sed etiam feliciter ac beatè.

O divine Amor, potentissime desentor. Sodalis fide-
litate: celestem paradisum *aperis, & claudis*. Non
solum desidero, ut aperias; sed ut etiam claudas: ut
quando eor meum semel intraverit ad thesauros
Divinitatis, nullâ amplius ex causâ
inde recedat.



CON-